

25
Utrum perfecta dei opera possint impediri daemonis malicia **C**ontra primum arguitur sic.

Perfectum est cui non potest fieri additio. sed omnibus dei operibus potest fieri additio. ut operi creatiois nature superadditur opus recreatiois gratie quod perficitur per opus glorie accidenter augibile. **C**ontra secundum **V**oluntati domine nemo potest resistere cuius posse non est impedibile. at eis sapientia vincit maliciam nichil ergo potest daemonis malicia contra dei opera **P**ro primo est illud **C**anticum moysi **G**rate magnificam deo nostro dei perfecta sunt opera **E**t in psalmo 103 domine deus magnificatus es vehementer ubi sequenter enumerat magnifica dei opera ad laudem quae significat opera gratie secundum mysticum intellectum. et significat opera glorie secundum anagogiam. **P**ro 2o est quod daemones inveniunt huic saluti igitur contrarius est omnibus operibus saluatoris. respondet magister Johannes de Mechlinia per has propositiones quarum maior est ista videlicet

Trinum opus dei perfectum est in homine consummatum.

Dico opus dei trinum quantum hominem respicit scilicet nature gratie et glorie **P**rimum est efficienter effusum secundum formaliter superfusum tercius finaliter refusum **I**n primo homo dicitur nichilo educitur per opus creatiois **I**n 2o ad deum adducitur **I**n 3o redit spiritus ad deum qui dedit illum **P**rimum appropriatur patri in filio in spiritu sancto **S**iquidem ante omnia opus dei trinum est intra se cum propter immensitatem suam et infinitam communicabilitatem se communicet in triplicem subsistentiam personale alioquin non se perfecte communicaret quia non ubi ratione et quasi punctualiter in creaturis. hanc communicationem ab intra non posita. cuius vestigium dicitur necessitate relucet in quolibet

Ciii